

fiorem ad Ecclesiam pariter sepelire, D. August. de fide & symbolo, c. 10. ibi: Quapropter nec heretici pariter ad Ecclesiam Catholice...

respondendum est dicendo, in eo textu defunctos sepultos non fuisse excommunicatos, vel schismaticos, sed fideles laicos...

C A P U T XIII.

Honorius III. a Magaloniensi Episcopo.

A Bolende consuetudinis, necnon abominabilis corruptela apud Montem Pessulanum vitiis, sicut dicitur, inolevit, ut videlicet decedentibus non prius permitatur effodi sepultura...

NOTE.

Magaloniensis. Textus iste in hac Raymundi collectione non tribuitur Innocentio III. sed male, cum non reperitur inter epistolas ipsius Pontificis...

sepultura sibi venderetur unde dicitur, apud Hebraeos receptum fuisse pro loco sepulture pretium recipere. De Gentilibus id factum probatur, siquidem Romani, qui in sepulchris...

COMMENTARIUM.

EX hoc textu committere dicitur sequens assertio: Pro sepultura in Ecclesia prestanda pretium exigi non debet. Probatur cum textus...

Qua dubitanti ratione non obstant, vera est presentis assertio, pro cuius expositione sciendum est, sepulchrum tripliciter sumi posse. Primo pro officio, quod impenditur corporibus humanis...

Secundum hoc assertio diffinita valde videtur, siquidem omni in religione, Hebraica videlicet, Gentilica, & Catholica, pretium pro sepultura iuste retinetur...

ampla pars terrae sepulchro esset destinata, ea sola censebatur religiosa, quatenus corpus humanum esset; proindeque caventur Romani, ne de terra frugibus apta vitiis, mortuivae ulterius parent, ut ait Cicero lib. 2. de legibus, ibi: Quae vena ex agro...

petitis sepis functionibus, terrae, qua corpus operitur, venditionem, & sepultura mercimoniam interdixerit. Accedunt aliae rationes huius prohibitionis, videlicet quia terra illa concessa putredini non debet vendi, & alieno iustu aliquid facere compendium, ut aiebat Hieronimus Rhemensis in ep. ad Eusebium Tarantensem...

Post quem octavum Brissonus lib. 2. fol. 15. Gothofredus in d. h. sepulchrorum: idem ad l. XII. Tabul. c. de religiosis, Olinaldus lib. 4. Donelli, c. 1. littera B. Cujac. lib. 10. observo, c. 37. Anton. Clarus ad l. XII. Tabul. c. ult. Ramirez de Prado in primis, c. 17. Jure vero nostro canonico locus religiosus non fit corporis humani, sed Episcopi consecratione, aut benedictione...

Deinde sciendum est, etiam apud Gentiles sepulchrum semper religiosum habitum fuisse, credentibus enim hominum ibi sepulchrorum animas circa sepulchra aberrare, & nonnunquam in illis residere, quae Sermonum, sive Semidiorum esse autumabant. D. Aug. lib. 9. de civitate Dei, c. 11. Marcianus Capellanus in libro de divinatione, c. 11. Marcianus Capellanus in libro de divinatione, c. 11. Marcianus Capellanus in libro de divinatione, c. 11.

Nec obstat prima difficultas deducta ex facto Abrahami, quod late exponunt D. Thomas 2. 2. q. 110. art. 4. ad 3. Petrus in Gensibus, tom. 3. in c. 27. Sophranus de fuisse. Hieronymus, c. 5. Spondanus de carnis. fact. p. 1. lib. 1. c. 5. Gibalinus de simonia quaestio. 10. consult. 7. ex quibus dicendum est, Abrahamum non emisse sepulchrum primo & principaliter, sed terram communem, & profanam ad sepulchrum faciendum: nec in ea specie Abraham, & Ephron aliquid in religionem commiserunt. Nec obstat, quod D. Hieronymus observat in illud cap. 23. Genesis, Ephronem post eam venditionem dictam fuisse Ephram, unde significabatur non fuisse virum consummate virtutis. Nam ideo non dicitur, simoniam commisisse, sed quia a statu perfectionis descendit ad statum imperfectionis, ita appellatur. Primo enim voluit dare gratis, deinde magno pretio vendidit, & ita cum antea appellaretur Ephron, postea dicitur fuisse Ephram. Nec etiam locationem traditam impugnat D. Greg. relatus in c. quales, 12. q. 2. ubi reprehendit S. Doctor Janarium Sardiniae Episcopum, sepulchrum vendentem, & illum obijcit exemplo Ephronis, qui volebat pretium ullum a sancto Patriarcha recipere. Vel ergo terra Ephronis erat sacra, seu religiosa, sicut illa, quae vendebat Janarius, vel non: si non erat, minus facit exemplum ad probandum quod Pontifex intendebat, si erat religiosa, vendi non poterat. Nam huiusmodi tractat respondendum est, D. Gregorium in eo textu arguere a misori ad magis comparando personam personae, & locum loco: Ephronem videlicet Gentilem Janario Episcopo Catholico: terram profanam ab Ephrone venditam, loco Janario, & ita recte arguit Sanctus, quasi dicat: Ille Gentilis volebat incipere pretium pro terra profana, ex eo tantum, quod Patriarcha illam destinaverat ad sepulchrum; ut Christianus, & Episcopus locum jam consecratum, & non tantum cogitatione, verum & casumomnis Ecclesiasticae sepulturae destinationem pretio vendit. Non ergo ex eo textu dicitur, Ephronem pretium accepisse pro sepulchro. Nec obstat sequenda difficultas deducta ex variis iuris civilis testimoniis, in quibus supponitur, sepulchri venditionem valere; nam licet eo iure attento sepulchrum, seu quavis locus religiosus, per se, & principaliter vendi non possit, quia quae extra commercium sunt, alienari non valent, ut late probant nostra Vespertini Antecessores in leg. inter 83. §. sacra, de v. O. tamen per accessionem cum universitate honorum fundo vendito sepulchrum in emptorem transit, l. in modum 24. ff. de contrah. empt. l. si mactem 53. §. 1. ff. de adion. empt. l. 1. §. 1. ff. de fundo heredit. l. 1. §. 1. ff. de alios 15. ff. si quis in fraud. patris, l. pater 38. §. Julius, ff. de legat. 3. l. quidam 62. ff. de acquir. domin. docent Donellus lib. 4. comment. c. 65. & lib. 12. cap. 20. ubi Olualdus littera G. Conatus lib. 6. respons. Modest. in l. si fundus 30. ff. famul. crevit. & lib. 3. respons. Papin. in leg. adeo 73. §. 1. ff. de contrah. emptio. Conatus lib. 7. comm. cap. 7. num. 4. Gutherus lib. 3. de iure manuum, cap. 5. Solozanus in polit. lib. 2. cap. 18. Quod adeo verum est, ut vendito fundo, ubi sepulchrum extat, nisi illud excipiat, in emptorem transeat, dicit, l. si mactem 53. §. 1. de adion. empti: quo spectant leges illae, quae in venditionibus adici solebant: Si quis sacri, aut religiosi in fundo est, eius nihil veniat. Quorum fit mentio in leg. hanc legem 22. leg. postea 78. §. ultim. leg. adeo 73. §. 1. ff. de contrah. empt. & apud

De religio...

De sepul...

Quibus ita animadvertis, apparet jam vera ratio presentis decisionis, si enim apud Gentiles tam turpis quaevis perpetuus est, qui ex re sepulchrali colligitur, & commercium sepulchrorum infame existimatum quod mirum, si Ecclesia re...

Respond...

U. A. N. I.

Et apud Britoniam lib. 6. de famuli. Nec obstat quod dicitur de cautionibus in ipsis sepulchris adiectis, ne alienentur, nam duplici modo responderi potest. Primo asserendo, clausulam illam adici, ne sepulchrum possit per se, aut simul cum fundo alienari, vel hoc specialiter caveri, quia cum jure civiliter ignoras locum religiosum esse, habere actionem ex empto adversus venditorem, l. si quis, ff. de contrah. empt. ne hoc ignorantia causa daretur, expresse in ipsis sepulchrorum inscriptionibus cavebatur, ne sepulchrum illud alienari posset. Nec tandem obstat, quod dicebamus, quodammodo uti vendendi locum in Ecclesia pro Capella, seu sepultura constituenda. nam licet verum sit, Ecclesiam non posse vendere locum sepulturae; tamen pro honorario loco pretium recipi potest, quod cedat ad sumptus fabricae, & ministerium sustentationem; quia tunc pretium non existit pro solo sacro omnino necessario ad sepulchrum, sive pro iure sepulturae Ecclesiasticae, quatenus spirituale est, & gratis debetur Christianis omnibus, sed pretium est dignioris & honoratioris loci in Ecclesia, iustitiae veluti proprietatis ad eum locum, quatenus temporale utrumque est, nec gratis cuiquam licito debetur, ut docent plures relati a Barbosa hic, Diana p. 2. n. 13. 16. 17. Frances de Ecol. Casp. c. 15. n. 89. Suarez de relig. in 3. de sum. lib. 4. c. 14. n. 8. Garcia de benef. 3. p. c. 9. n. 136. Larez de arbor. lib. 1. c. 13. n. 17. Gutierrez de capot. question. 2. n. 148. Gratian. disp. c. 110. & c. 116. quia eo honore attenditur damna aliqua humana, & non sacrum; & etiam si remota honor ille ex aliqua conjunctione cum re sacra derivetur, non tamen ex venditione talis loci dicitur vendi eius sanctitas. Unde etiam potest Ecclesia vendere jus, ut quis, episcopo familia tantum in certo sepulchro sepelitur, non autem ulla alius, ut docent Suarez, d. lib. 2. de sum. c. 4. Laym. lib. 4. c. 10. c. 1. Binsfeld. in c. 1. de sum. g. 1. quia onus illud incumbens clericis non admittendi alium in eo loco, est pretiosissimum, nec sacrum, sed temporale damtaxat, accidentale conuenit cum spirituali. Potest etiam a privato vendi sepulchrum, quod propria pecunia, expensive constructum, vel comparavit, quia non distrahatur religiositas loci, aut episcopi benedictio, sed materialis rei valor, aut sumptus una cum iure sepelendi, quod non est religiosum, ut docuit merito sententia Soto, & Suarez. Barb. ubi praefertur, n. 7. Ignatius Lafarte de decimis benedictive, c. 14. n. 5. Quod si ita esset, prout esse existimo, & res quae veniunt, et mere profana, ut fundat P. Suarez, consequitur venditorem sepellendam debere, si laicus est, quia nulla est ratio existente venditione, quare non solvatur. Tamen contraria sententia placet, ne ex venditione juris sepulturae guberna debeat, cum jure civili vicinia non deberetur ex pretio dato pro loco sepulturae, d. h. i. i. i. 37. & ex aliis rationibus defendunt Paradorius lib. 1. var. quot. c. 3. p. 3. Gutierrez lib. 2. de galah. c. 9. n. 36. & palinodiam veluti recantans Lafarte ubi supra.

Secundo praesenti assertioni obstat textus in c. 63. Conc. Meldi, relato in c. 53. p. 8. in illis verbis: "Nullus de agro Ecclesiastico, & manio, ne mancipis, vel si quilibet pro loco sepulturae aliquod largitus Ecclesiae fuerit, neque de decimis, & oblationibus fidelium quicquam praesbyterum aliquem censum persolvere cogat." Ex quibus aperte deducitur, aliquid pro loco sepulturae recipi posse. Cui difficultati respondendum est dicendo, quod licet in praesenti textu, & aliis canonibus supra relatis, prohibeatur aliquid exigere pro terra, ipsius sepulturae; non tamen prohibetur sponte oblatum a delinquenti reddidit, vel consanguineis recipere, c. ab horrenda, c. praesentium, c. 13. q. 2. Conc. Bithuric. can. 12. ibi: "Nullus pretium pro sepultura accipiat, nisi quod fidelis sponte daret, vel offerret voluntarius." Docet J. L. Labor, d. n. 2. c. 10. n. 7. unde cum in d. can. Concil. Meldi. agatur de eo, quod gratis pro loco sepulturae datum est, ut constat ex verbo illo largitus, quod plenam denotat donationem, ideo supponitur a Patribus illud sepulturae causa recipi posse, nec ex rebus ita donatis teneri praesbyterum aliquem censum persolvere, sicut nec ex manio, & decimis Ecclesiae, juxta adducenda in c. 1. de censibus: quo modo etiam intelligendus est textus in can. 2. Concilii Metensis, in illis verbis: "De uno manio, & de terris pro sepultura datis, &

pro quatuor mancipiis, vel eorum procreatione, nullus decem centus exigatur, & pro sepultura nullum pretium detur." Ut pretium videlicet, tanquam exactum, non vero gratuito oblatum, & liberaliter donatum. Ex hodie quatuor Parochi sepulchrum vendere non possunt, tamen subditi gratia, & elemosina titulo aliquo accipere possunt pro loco sepulturae, plus minuse, prout est honoratio, & dignior, ut consuetudine generalis receptum est, in sacrae Rotae admissum referunt Garcia 5. p. de benef. q. n. 117. Diana p. 1. n. 11. resp. 57. licet similes pactiones periculosas esse agnoscat Molina de primis. lib. 1. c. 24. n. 40. Gutierrez de gabellis, quib. q. n. 26. qui recte docet, ex similibus pactionibus gabellam non deberi, quia non sustinentur ut emptiones.

Secundo praesenti assertioni obstat textus in c. ad Apostolicam, de sumis, ubi cum proponeretur Alexandro III. quodam sacerdotis pro exequiis, & sepultura defunctorum, necnon pro benedictionibus habentium pecuniam exigere, Pontifex hoc de cetero fieri prohibuit, iussitque ut in consuetudine introduceretur, ut aliquid pro sepultura, seu benedictionibus suberetur, tamen consuetudinem esse servandam, & laicos non debere excusari ab eius praestatione, imo similes consuetudines ab omnibus observandas esse. Ex quo textu expresse deducitur, quod quavis non possit jure ordinario aliquid exigi pro exequiis mortuorum, tamen si consuetudine contrarium sit introducum, cum esse oblativam. Igitur non recte in praesenti improbat consuetudo exigendi pretium pro sepultura. Pro cuius textu expositione, omnia quaestione, utrum consuetudine introduci possit, ut pro Sacramento, seu divinis Officiis celebrandis pretium exigatur, quam disputat Sagahin in c. fin. de consuet. n. 137. Hallierius de sacris offic. lib. 2. art. 4. Chopinus de sacra jure, lib. 2. tit. 7. n. 19. Laza & Arellanus in antiquo. lib. 3. antiquo. 3. dicendum est, in praesenti textu non improbat Honorio consuetudinem, qua introductum erat, ut ratione elemosinae, & gratuito aliquid daretur pro loco sepulturae, ex pia fidelium devotione, quae recte approbatur in d. c. ad Apostolicam, sed ea consuetudine in praesenti damnatur, improbatque, juxta quam Parochi pretium exigebant, extorquebantque a parochianis invitum pro terra ipsius sepulturae; quae consuetudo ut simonica iure improbat ab Honorio; si autem ex pietate aliquid gratis offerretur, talis pia, & laudabilis consuetudo admittenda, & observanda erat, iuxta textum in d. c. ad Apostolicam, ut apud Anglo tempore effossi sepulchri pecuniam praestari constat ex Conc. Enhamseni temporibus Joan. Pape XVII. & Henrici II. celebrati, cap. 13. "Laminarium calus ter quorundam penditur, sed equissimum est, ut animae symbolum (quam pecuniam sepulchralem unde vocant) semper dependatur, cum sepulchrum sit effossum."

Tertio superiori assertioni obstat textus in c. novum 70. l. 2. ubi D. Ambrosius inter alias causas quae recentior, ob quas vasa Ecclesiae, & alia bona possunt alienari, refert illam, ut emanant sepulturae, & spatia laxata humanis fidelibus disponantur, ibi: "Nemo potest indignari, quia humanitas fidelium reliquias spatia laxata sunt. Igitur si licet vasa Ecclesiae distrahant, ut inde sepulturae emanent, prohibent non est pretium accipere pro loco sepulturae, ut in praesenti docetur. Pro cuius textu expositione dicendum est, D. Ambrosium in eo principaliter agere, quibus ex causis res sacra alienari possint; licet enim talis alienatio utroque jure prohibita sit, c. non licet, l. 2. q. 2. h. sanctius 21. C. de sacris Eccl. prohibi late in c. nulli, de rebus Ecclesiae; tamen certis in casibus permittitur, dum tamen sacra vasa prius consenserit, & ad massam redigantur, ne illis sub sacra forma profani homines ad profanos usus abutantur, ut docent Gothofredus in d. l. sanctius, Covarr. lib. 2. variat. c. 16. n. 8. polita, sed minus pie differens Grocius de iure belli, lib. 3. c. 5. §. 2. cum autem inter alias causas enumerat D. Ambrosius emptionem loci ad sepulchrum, accipiendum est cum locus, qui alienatur, parus, & profanus est, & emittatur laxandum, & ampliandum Ecclesiae coemeterium pro humanis fidelium corporibus; quo casu alienatio licita est, cum adhuc locus religiosus non sit, nec benedictione Episcopi sacranus.

CAPUT XIV. Gregorius IX. a Episcopo N.

Procho b tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, & incendio, violenta manu ad injectione in personas Ecclesiasticas, Ecclesiarum violatione, vel incestu, suis dum ageret in extremis, per praesbyterum suum juxta e formam Ecclesiae absolutus, non debent coemeterium, & alia Ecclesia fuisse iugurata de negari, sed ejus heredes, & propinqui, ad quos bona pervenerint ipsius, ut pro eodem satisfeciant, censura sunt Ecclesiastica compellendi.

NOTAE. a Episcopo N. ) Cum his epistolis Gregorii IX. careamus, non possunt inscriptionem veram relinere, agnoscerent cui Episcopo in ea scriberet Gregorius. b Parochianos. ) Episcopi subditi diocesanos appellari parochianos, & diocesim ipsam, parochiam, jam notavimus in c. 2. de penit. clare. c Incensio. ) De quo delicto agemus in c. sua nos, de sent. excommunicata, c. 6. de 1270.

d Manuum iniectione. ) De hac canonis censura egi in capit. sacris, de his qui vs. e Fermam. ) Prescriptam in c. ex tenore, c. cum dispensat, de sententia excommunicata. f Ecclesia iugurata. ) Quae accessoria sunt, seu comitantur ipsam sepulchram, ut notavi in c. sacris, hoc tit. & laicus dicam in c. 2. de pistor.

COMMENTARIUM. Ex hoc textu sequens communitur deducitur assertio: "Excommunicatus pro homicidio, incendio, vel simili delicto, in extremis poenitentiam petens, & absolutus a praesbytero, sepeliri potest cum palamis in coemeterio Ecclesiastico; haeredit tamen ejus damna illata ab ipso refarcire cogantur, pro eiusque satisfactioe." Probant cum textus in c. ad Apostolicam 20. de iurjur. c. in litteris, de raptor. c. unice, hoc tit. in 4. collect. Innocent. III. l. 1. regest. 14. ep. 74. & l. 4. regest. 16. ep. 49. ibi: "Oblata nobis M. mulieris peticio continebat quod cum olim S. frater suus una cum quibusdam aliis mortuorum interitu frater suus, diabolo suadente, tandem reversus ad cor, humiliter suum recognovit excessum, & paratus ut iter arripere ad Sedem Apostolicam veniendi, praeviente mortis articulo exequi non potuit quod intendit; juramento tamen promiserat, quod nostris sitaret super excessu sepelidito mandatis. Unde nobis dicta mulier supplicavit, ut cum illum non religionis causa, sed necessitatis articulo impeditur, quominus ad Sedem accesserit Apostolicam absolvendus, super absolutione, ad sepulchrum ipsius dignaremur misericorditer providere. Quia vero sicut in contumacia peristentibus rigidus esse non convenit, sic familiaris ad poenitentiam negare gratiam Ecclesiae non debemus: discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus si praedictus S. dum adhuc vivens, satisfactioem condignam promissit, vel sufficiens de satisfactioe mandatum, & alias manifesta in eo praeserterunt poenitentiae indicia, cum Palamo poenitentiam, Oracione Dominica, & aliis consuetis, defuncto absolutiois beneficium impendatis, tradentes corpus ejus Ecclesiastica sepulturae, dummodo contra terrae consuetudinem ex hoc grave non debeat scandalum generari. Quod si non omnes, &c. duo vestrum, &c. Vos denique filii Augustini, &c. Datum Laterani 3. Idus Maii, Pont. N. an. XVI., Illustrant ultra concessos in praesenti a Barb. Pachineus, l. 9. comm. c. 5. Petrus Gregorius, l. 1. parit. tit. 17. c. 7. Phebo decess. 131. Joannes Sanchez, in selectis disp. 3.

De hac re tractat D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. III.

fit Tertul. c. 8. de patientia, ibi: Cum res malidixerint, gaudeat Dominus ipse maliditas in lege est, & tamen solus est benedictus. Contaminabatur etiam terra pendens aspectu, quia vultorum memoria revocabatur; ut ex c. 18. Levit. probat Loxinus ubi supra. Unde ita damnati infra eandem diem sepelendi erant, non in majorum sepulchris, ut probant Grethferus de cruce lib. 1. c. 27. sed in certis cavernis, & foveis damnatorum corporibus destinatis, de quibus agunt Ramirez de Prado, d. c. 17. P. Pinto, in spirit. tit. 1. c. 32. nu. 11. Unde forsitan Judaei rogantur Pilatum, ut corpus Dominofri, & cadavera latronum, qui cum eo crucifixi erant, tollerentur, ut referunt Joannis c. 19. quia cum eo vespere ipsius diei inciperet festivitas Sabbati, non poterant post vespertam de crucibus deponi & si ibi remaneret ultra diem, peccabatur contra legem supra relatum.

Jure etiam civili Romanorum punitorum cadavera in ipsis patibulis remanebant, l. capitalium §. famosior, ff. de pomiciis, ibi: "Famosos latrones in his locis, ubi graffati sunt, furca figendos compluribus placuit, ut & conspectu deterrantur alii ab eisdem facinoribus, & solatio sit cognatis, & affinis interemptorum eodem loco poena reddita." Ubi legendum esse crucifigentes, ut notatur, quia graffatores olim crucifigebantur. Paulus lib. 5. sent. tit. 25. ibi: "Inhonestiores, aut, poena capitis vindicari placuit, humiliores vero in crucem tolluntur. Petron. in Satyr. c. 71. ibi: Imperator provinciae iussit latrones crucibus affigi. Apuleius lib. 3. de Asina. ibi Latronem istum miserorum pignorum meorum interemptorem cruci affigatis." Sed cum Imperator Constantinus vultisset crucis supplicium deinceps imponi, ut ex D. Augustino, Nicephoro, & Sozomene probat Concilium lib. 1. fust. c. 13. Cujacius, lib. 16. observ. cap. 1. Petrus Faber, lib. 2. senect. cap. 7. Lipsius, lib. 1. de cruce, cap. 13. Solorzannus, emblem. 73. Reatigui lib. 8. select. c. 9. Antonius Mattheus ad tit. de poenis; ideo Tribonianus in responsum Constantium, pro cruce, reposuit furcam, ut in l. sacriligii 6. ff. ad leg. Jul. pecul. leg. moris §. si. ista, leg. si quis aliquod §. §. 1. ff. de poenis, leg. §. §. si qui ad hostem, ff. de re militi. Fornerius, lib. 4. rer. quodam, cap. 2. Nonnunquam tamen corpora damnatorum sepelienda cognatis, & amicis Princeps concedebat, leg. 1. c. 2. ff. de cadaver. puni. leg. obnoxio, Cod. de religiosis, Calliod. lib. 2. epist. 2. Pothymianus Junior declam. 6. late illustrat Durantius Casafel. lib. 1. var. c. 4. quod indultum maxime dabatur, si natalis dies Imperatoris instaret. Philo Judaeus contra Isaacum, de natalibus Augusti agens, ibi: "Novi quosdam jam crucifixos, instante festo Augustorum de cruce depositos, & ad sepulchrum ex more cognatis traditos." Illustrat P. Faber lib. 2. senect. cap. 9. D. Laurentius Ramirez de Prado, in Penitent. c. 17.

Jure vero Pontificio etiam ultimo supplicio damnatis sepultura Ecclesiastica conceditur. Conc. Vvorm. can. 80. ibi: "Ultimo supplicio affectis sepultura non denegetur, si Domino peccata confessi fuerint, & pro eis Domino offerant oblationes, & Missae celebrentur." Et c. quatuor §. 13. q. 2. quod & antea placuit cartaginensibus Patribus in can. 2. Concil. Carthag. 1. ibi: "Martyrum dignitatem nemo profano infamem, nec passiva corpora, quae sepultura tantum propter misericordiam Ecclesiasticam commendari mandatum est, redigat." Ubi per passiva corpora, non alia intelligimus, quam eorum, qui ultimo supplicio affecti fuerint: verum quavis sacri canones permiserint punitorum cadavera sepeliri, ut de patibulis tollantur, & sepultura tradantur, debet tamen precedere Principis, vel iudicis, qui sententiam tulit, licentia, ut docent plures relati a Cenedo collect. 4. ad Decr. lib. 3. var. c. 14. & lib. 2. var. n. 11. Gamma ubi supra, Silvester in sum. verb. Sepultura; quia cadavera ipsa punitorum sine iudicis auctoritate deponi ex patibulis non possunt. Unde milites olim constituebantur ad custodiam, juxta illud D. Matthaei c. 17. ibi: "Centurio vero, & qui cum eo erant servantes Jesum, viso terrae motu, & his quae facta sunt, timerunt vehementer, dicentes: Vere filius Dei erat iste." Petronius in Satyr. c. 71. ibi: "Proxima ergo nocte, cum milites, qui cruce servabant, ne quis ad sepulchrum corpora detraheret. Et c. 72. ibi: "At miles circumspiciens dum residet, ut postero die vidit unam sine cadavere crucem, veritus supplicium, mulieri quid accidisset, exprobat, nec se expectaturum iudicis sententiam, sed gladio jus dicturum ignaviae suae." De quibus militibus custodibus agunt Petrus Greg. lib. 3. symag. c. 27. n. 9. & c. 38. Baron. tom. 1. annal. fol. 167. Pinto Ramirez presleg. tr. 1. cap. 45. Petrus Faber, Lipsius, Grethferus, & Forner. laudati a Notatore Petronii d. c. 71. Abulenti in c. 10. Josue, g. 94. Pater Magalloni in eodem textu, annot. 6. Nonnunquam enim non permittitur depositio ista ex patibulis ob publicum exemplum, juxta illud Quintilianus declam. 274. ibi: "Quoties crucifigimus noxios, celeberrime eliguntur vix, ubi plurimi commoveri hoc metu possunt." Omnis enim poena, non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum. Unde Imperatorem Augustum, qui ob humanae conditionis memoriam damnatorum cognatis cadavera ad sepulchrum concessisse refert Suetonius in c. 9. c. 10. aliquando id denegavit, ipse Suetonius refert his verbis: "Nec successum victoriae moderatus est, sed capite Bruti Romanum missum, ut itatuz Caesaris submitteretur, in splendidissimum quamque captivum non sine verborum contumelia faviit, ut quidem uni sepulchram precanti respondisse dicitur, jam illum in volucram potestatem fore." Non ergo licet, attempto jure etiam Pontificio, absque iudicis licentia punitorum cada-

Exponitur ad Apo. Holcaum, & de sum.

Impugnatio tradita assertio.

De cadaveribus punitorum.

De iure Pontificio.

De iure Pontificio.

De iure civili Romanorum.

De iure Pontificio.

De iure Pontificio.

V. 3

cadavera sepelire, juxta textum in l. 7. tit. 13. part. 1. l. fin. tit. 31. part. 7. imo clerici, vel monachi furtim, seu per vim corpora punitorum extrahentes, graviter puniuntur in l. addito 7. C. de Episc. aud. & cadavera ita deposita, & in Ecclesia deposita, immunitate Ecclesiastica non gaudent, probavit eruditus vir D. Ludovicus de Egea in r. de cadaver. posit.

De adionibus in heredis dandis, vel non.

Deinde sciendum est, heredes ex contractibus defunctorum in solidum eisdem actionibus conveniri, quibus eorum auctores tenebantur; ad legata vero in testamento relicta solvenda, ex quasi contractu teneri, §. heres, ubi Institutarii, de obligationibus que ex quasi contractu, licet contractus pro quasi contractu ponatur in leg. penult. §. fin. ff. de separationibus; & etiam licet in leg. unie. Cod. ut actiones, dicitur obligationem legari oriri ex contractu, ea verba sunt referenda ad stipulationem, de qua ibi agitur, non vero ad obligationem legari. In hac tamen parte observandi sunt textus in leg. 2. §. 5. ff. de iudiciis, leg. 35. ff. de usufructu, leg. postquam §. ff. ut legatorum, leg. si legatus §. ff. de pignori, leg. finis ff. ut in possess. legat. leg. fundum §. ff. de condit. & demonst. leg. si communi §. junctio leg. 13. §. qui §. ff. de acceptil. leg. fin. Cod. ad Trebel. leg. 3. §. 4. ff. de nupt. caupones, l. 60. §. heredes ff. locati. Ex delictis tamen defunctorum non teneatur nisi decedant jam poena interrogata, ut in l. 3. §. quod autem, ff. quod quisque in rei, l. Gaius, ff. ad Syllan. l. 8. in fine, l. 11. l. 13. in fine, cum leg. sup. ff. de publican. aut, nisi lis contestata fuerit cum defuncto, ut in leg. 12. ff. R. V. l. penult. §. ff. ad leg. Falcid. leg. 6. §. fin. ff. de aqua pluvia; vel nisi crimina publica sunt, ut in leg. ex iudiciorum 20. ff. de public. iudic. leg. 2. ff. ad leg. Jul. reprimend. leg. fin. ff. de bonis eorum qui ante fontem leg. fin. ff. ad leg. Jul. major. leg. 15. §. 2. ad Carpil. Valent. c. 2. illustr. et. c. 2. aut nisi delictum proveniat ex contractu, ut in leg. conductorem, Cod. locati; aut nisi rei persecutionem

contineat, ut probat Pichardus de §. 1. Instit. de perpet. et tempor.

Quibus ita animadversis, ratio presentis decisionis ex eo provenit; nam, ut proximo commentario diximus, quibus communicum vivis, communicare etiam debemus defunctis; & quia excommunicati in presenti specie pro suis sceleribus fuerant absoluti, atque gremio Ecclesie restituti, licet ab Plalento, fed quia satisfactio promissa ipsi fuerat absoluta, eorum haeredes teneatur pro damnis ab eis illatis satisfacere, & exonerare conscientiam illorum; quia hoc obligatio, licet ex delicto proveniat, tamen rei perfectionem continet. Nec tunc obstat prima dubitatio ratio supra adducta; nam verum est, regulariter omnes eos, quibus communicum conceditur, ad sepulchrum esse admittendos, nisi damni sint obgraviora scelera, relata supra in c. factis; quo casu accipiendus est textus in dicit. c. placuit, nisi illum referamus ad casum, in quo qui pro suis sceleribus puniebantur, poenitentiam non petierant. Nec obstat secunda difficultas, cum ut satisfaciunt interpretes, varia adducunt. Aliqui, quos refert Garanna in presentibus, discrimen agnoscunt in hac parte inter jus civile, & canonicum. Phocroo, deest. l. 31. n. 45. docet, ideo haeredes in presenti textu; & in c. in literis, de raptor, teneri pro delinquentis satisfacere, quia cum illi poenitentiam decesserint, & absoluti, necessario lapponendum est, tempore abolitionis eos promissile satisfactorem; unde ex tali promissione haeredes recte obligantur pro eis satisfacere, iuxta legem 2. & ult. C. de heredi. act. Sed licet hoc solutio vera sit, facilis responderi potest, si species hujus textus referatur ad casum liti contestate; vel cum actio erit rei persecutoria; quo casu haeredes etiam teneatur ex delictis defunctorum. Explicandus est textus in c. 2. de raptor, cum adductis in ejus notis.

Traditio delinquentis ergo de responsione delicti collatione.

cum sisco celebraret, & portionem ipsa prior eligeret; notatur Fornerius l. 5. verum quod, c. 22. Vinnius, l. 1. selo, c. 34. Equior ergo certe est illa divisionis forma, multorum populorum usu, & variorum auctorum testimonio comprobata, ut alteri divisi, alteri electio concedatur, l. 1. C. de his qui se deserunt, l. 10. l. 3. C. de mutatis, & apud, l. 2. C. quando & quibus quarta. D. Aug. 116. de civ. Dei, c. 50. Quando terrenum aliqua portio dicitur esse, minor dividat, et minor eligat. Illustrant utrumque consensu a Barb. in presenti, Mancinus de respectu juris collat. l. 2. c. 20. Forner. d. c. 22. Stephanus Durantius, q. 37. Bronchorst. cent. 1. miscel. assert. 52. Cujac. l. 13. obs. c. 24. & in l. 2. Cod. quando & quibus, Andreas Socus, ad Senecam d. contrav. 3. Gothofredus, in d. 12. Myfingerus, l. 4. observ. c. 37. Arnulfus, de jure resp. 2. p. relect. c. 3. s. 8. n. 277. Pineda, t. 1. mon. l. 2. c. 2. §. 1. & quoniam zitate proveiores praeipue iudicii maturitate pollent, ideo divisionis arbitrium eis plerumque conceditur, junioribus autem eligendis facultas; cuius distinctionis aequitate commendatus D. Ambrosius l. 1. de Abrahamo, c. 2. inquit: „Pirmior dividat, infirmior eligat, ne habeat quod congeratur. Electio enim fuis partem non poterit clamari; non refidet occasio refrendi, cui datur optio eligendi. „Nec divisor gravatur, nam quo prudentior, eo cautior, ut nec in divisione circumferatur, nec in electione fraudetur. D. August. 116. de civ. Dei, c. 20. idem factum Abraham referens, ait: „Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est, major dividat, minor eligat. „Pacit Seneca, l. 6. declam. 1. ibi: major dividat, minor eligat. Unde Patres Ecclesie in presenti jubent, ut antiquior Episcopus dividat, junior vero eligat, ut nulla fraudis suspicio in Catholicis dari possit. Et licet haec divisionis rationem in iudicio familiaris erigenda; atque controversis in iudicium

deductis observari debere plures crediderint relati a Barbosa in presenti, tamen rectius cum aliis existimavit Vinnius, d. cap. 34. hanc divisionis formam in pacifica bonorum possessione, id est extrajudiciali, observandam esse, nam ubi semel iudicis officium implorari capit, & causa in iudicium deducta est, tunc omne id, quod in illo iudicio continetur, cogitationi iudicis relinquendum est, & eius sententia decidendum, aut si satis diffiniri nequeat, forti committendum erit, l. 4. C. §. ff. famul. cretse, l. si duobus, Cod. communia, de legat. l. 2. Cod. quando & quibus quarta pars, §. si familia, l. 1. ff. de offic. iudic. Prosequuntur Patres in presenti canone alium casum; quando videlicet in diocesi unus est locus, qui non accipit commodam divisionem; & docent ad eum Episcopum spectare, quem plebs elegerit, & recte, cum hujus Concilii temporibus in electionibus Episcoporum non parum attenderetur populi consensui, ut probavi in cap. 2. de elect. Procedunt deinde PP. ad casum illum, cum Catholicis penitus suam Episcopum Catholicum, conversi vero a Donatistis suum converterunt; & statum tunc majorem partem praefendam esse minori, juxta adducta in cap. 1. de his qui sunt a maior. & si partes aequales sint, locus antiquior praefatur, quia firmior, & idoneior creditur, ex supra traditis; & licet aliquid dicat hoc casu Dei iudicio, id est forte, dubium hinc dirimi posse, ut in Concil. Aquilgr. can. 5. relato a Burchardo, l. 3. Decretis, c. 22. in hac verba: „Plures baptisimus Ecclesie in una terminatione esse non possunt, sed una tantummodo cum subditis capellis; & si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebs utramque decernat. „ & si non conveniunt, his Dei iudicio decernatur. „ Id tamen procedit quando aliter negotium dirimi non potest: ut vero in presenti casu populi suffragis controversia juxta regulas supra traditas decidi potest.

C A P U T I I

Ex Concilio a Nannetensi.

TITULUS XXIX.

De Parochiis, & alienis Parochianis.

CAPUT PRIMUM.

Ex Concilio a Africano.

Episcopus ex Donatistis ad Catholicam unitatem est conversus, aequaliter inter se dividant eas, quae sic inventae fuerint, nisi ambae partes fuerint, id est, ut alia loca ad illum, alia ad alium pertineant: ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegerit: sed si antiqui Catholici suum voluerint, & illi suum qui ex Donatistis conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus praefatur: si autem partes aequales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambae partes fuerint, ut non possint aequaliter dividi, veluti si impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habeant numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod dictum est, cum de uno loco superius tractaretur.

NOTAE.

EX Concilio Africano, Can. 87. in Concilio Latine veris: in Graecis vero apud Arifinum, & Zonaram can. 119. in editione Tili 120. in codice canonum Ecclesie Africanae notis illustrato a Justelo habetur canon hic ordine 118. in hac verba: „Ita sane, ut si Episcopus ex Donatistis ad catholicam unitatem conversus est, aequaliter inter se dividant eas, quae sic fuerint inventae, ubi etiam ambae partes fuerint, id est, ut loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat. Quod si forte unus fuerit locus, ad eum pertineat, cui vicior inventus. Quod si ambabus Cathedralis aequaliter vicinus est, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quod si forte antiqui Catholici suum Episcopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conversi sunt, plurimorum voluntas paucioribus praefatur. Si autem partes aequales sunt, majoris temporis Episcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inveniuntur, in quibus ambae partes fuerint, ut non possint aequaliter dividi, veluti si impari numero fuerint, distributis eis locis, qui parem habeant numerum, quicumque locus remanserit, hoc in eo servetur, quod superius dictum est, cum de uno tractaretur loco. „ Historiam hujus collectionis Canonum Ecclesie Africanae ex Concilio Milevitanis, & Carthaginensibus adduxi in c. 1. de arbitris, c. 1. de iudiciis, & Donatistarum sententia, atque collationem cum Catholicis habitam retuli pro hujus textus interpretatione in capite quoniam, de offic. ordin. c. 1. de prescrip. cap. 1. de majori. et obed.

COMMENTARIUM.

CUM Episcopi Catholici magnopere curarent Episcopos Donatistas lucrificare, & ad unitatem Ecclesie Catholicae trahere, ne eo pretextu, quod sedes proprias illi conventi non recuperarent: obdurati in schismate persisterent, varia circa dioceses eorum PP. in Concil. Carthage celebrato anno 418. temporibus Honorii, & Theodosii statuerunt, ut Donatistas allicerent ad unitatem Catholicam. In presenti

NOTAE.

ANANNETENSIS.) Ita legendam, ut habetur in prima collectione, sub hoc tit. c. 2. apud Burchardum l. 2. Decretis, c. 91. Carnot. p. 2. c. 132. Licet male a Carnotensi citetur canon hic ordine 19. & a Burchardo 119, cum sit can. 1. ipsius Concilii, ubi ita legitur: „Ut Dominicus, & festus diebus presbyteri antequam Missam celebrant, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero ibi Missam velit audire; quem si invenerint, statim ab Ecclesia ejiciant, & ad suam parochiam redire compellant. Similiter interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacibilem habeant; & si inventi fuerint, statim reconcilientur. Quod si renuerint pacem suscipere, ab Ecclesia ejiciantur, ut quodam ad charitatem redeant. Non enim postquam vel oblationem ad altare offerre, donec prius fratrum reconcilientur. His ita peractis, sacerdotes Missam solemni ritu peragant. „ Et canon. 2. ejusdem Concilii, sic: „Ut nullus presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placium ibi habuerit ad Missam recipiat. „ De Concilio hoc Nannetensi nonnulla adduxi in c. 1. de colubis, c. 1.

De antiquitate, & solemnitate diei Domini: c. 1. de feriis: in presenti tantum supponitur, in ea die teneri omnes fideles, ut jubetur in Concil. Meldensi can. 37. in illis verbis: „Diebus vero Dominicis, & Sanctiorum festis, vigiliis, & orationibus, & ad Missam cultibus Christiano cum oblationibus esse curandum, & tantummodo Deo vacandum. „ Conc. Agathensi relato in c. Missas, de consecr. d. 1. ubi PP. graviter increpantes nonnullas fideles, qui ante sacerdotis benedictionem cum Missa sacrificium offerrebat, ab Ecclesia exire confueverant; ita sanxerunt: „Missas die Dominico sacralibus totas audire speciali ordine precipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non praesumat. „ Benedictionem enim, de qua agunt Patres, dabatur a Presbytero in fine Missae, ut ait Ceterius Arel. qui praedicti Conc. praesul, homil. 12. ibi: „Ideo qui vult Missas ad integrum cum lucro animae suae celebrare, utque oratio Domini dicatur, & benedictio populo detur, huiusmodi corpore, & compuncto corde debet se in Ecclesia continere. „ Concil. Tolos. 4. can. 17. ibi: „Sed post oblationem dominicam, & consumptionem panis, & calicis, benedictio in populum sequatur. „ Valdrinus Strabo, 22. de rebis Ecclesiasticis, ibi: „Statutum est Aurelianensi Conc. ut populus ante benedictionem sacerdotis non egrediarit de Missa. „ Amalarius l. 3. de Eccles. off. c. 36. ibi: „Hunc morem tenet Sacerdos, ut post omnia Sacramenta consummata benedictio populo, atque saluetur. Deinde revertitur ad Orientem Domini assensum, & Rabanus l. 1. de instit. cleri. c. 33. Post communionem ergo, & post ejusdem nominis canticum, data benedictione a Sacerdote ad plebem, Diaconus praedicat Missae of. D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. III.

ficiam esse peractum, dans licentiam abundi. „ Plura de hac benedictione consueverunt Bar. an. 58. n. 88. Severinus, in notis ad dicit. Conc. Agathense, Menardus ad Sacram. D. Gregorii, §. 28. Saufay, in Paraph. sacros. p. 2. l. 2. arc. 7. ubi exponit diffiicilem canon. 47. ipsius Concil. Agath. Eandem oblationem audiendi Missam in diebus Dominicis praescribit PP. Conc. Constantiopol. 6. can. 8. his verbis: „Diei Dominici tanta debet esse observatio, ut praeter orationes, & Missarum solemnitas, & ea quae ad velicandum pertinent, nisi aliud fiat. Et paulo post: „Concurrendum etiam est cum oblationibus ad Missam solemni. „ Concil. Forojulianense can. 13. Conc. Emerit. can. 19. Conc. Aurel. 3. can. 18. Marilcon. can. 1. Triburienae can. 35. quorum verba refert Felleacus, de orig. paroch. c. 5. Inde sacrificium Missae appellatur Dominicam; D. Ciprian. ep. 63. ubi de Missa agens, ait: „Nunquid ergo Dominicam postquam celebrare debemus? Ex actis S. Saturnini, & aliorum Martyrum probant Cerda, in advers. sacros. c. 32. n. 10. Roma Subter. t. 1. l. 1. c. 31. plura P. Henao, r. 3. de sacros. Missae, disp. 40. s. 3.

Id est Parochi. Parochi enim in veteribus Ecclesie canonibus simpliciter presbyteri dicebantur. Conc. Emerit. can. 9. ibi: „Conveniens in omnibus nobis haec maneat sententia, quae digne custodiantur in provincia nostra. Placuit, ut quisquis ab Episcopo sanctum in potestate presbyteris ad distribuendum tempore opportuno acceperit Christum, nihil ab eis beneficii causa tollere, aut petere praesumat. Conc. Cart. 4. can. 36. „Presbyteri, qui per dioceses Ecclesias regunt, non a quibuslibet Episcopis, sed a suis; nec per juniorum clericum, sed omni anno, aut per septimos, aut per illum, qui licentiarum tenet, ante Pascha solemniter christum petant. „ Quem canonem ex Concil. Valentino Hispaniae citant Burchardus, l. 4. Decretis, c. 76. Ivo Carn. p. 1. Decretis, c. 270. & canon ille repetitur in Conc. Valenti can. 3. Vornatiensi can. 60. Suseffionensi temporibus Pipini, ibi: „Presbyter, qui in parochia est, in Coena Domini rationem, & ordinem ministerii sui Episcopo reddat. „ Et c. presbyter, 2. q. 5. c. omnis presbyter, de consecr. d. 4. Conc. Meldense can. 75. Epau. can. 7.

Missam celebrant. Publicam videlicet, olim enim solum tantum in hebdomada Missa publica celebrabatur. Justinus Martyr, qui sacra, & Christianorum caeremonias narrans, apud 2. sic ait: „Die, qui Solis dicitur, omnes qui in oppidis, vel agris morantur, novum in locum conveniant, commentariaque Apostolorum, vel Prophetarum scripser legantur. „ Et in actibus Apostolorum, c. 20. legitur: „Vas autem Sabbati, cum convenissent ad frangendum panem: Ubi per unam Sabbati intelligi diem Dominicam, jam notavi in c. 1. de feriis. & per fractionem panis intelligi Missae sacrificium, ut probat Viccommes volum. 3. de ritibus Missae, lib. 3. c. 11. Post vero cum de Gentilium in Christianos odio non nihil remitti cepisset, mos invaluit, ut omnibus festis diebus publicae Missae celebrarentur, quod accidit ante tempora Fabiani Papae, a quo ita scriptum est epist. 1. ad dilectissimos ubique Catholicos Ecclesie communitates, ibi: „Septem ergo Diaconos in urbe